



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita Et Institvto S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris.  
Libri Qvinqve**

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1665**

XXXVI. Lethale vulnus adiutoria egressi ex Societate repente sanatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10840**

viterius non valens, in publicam viam se abiicit, unde illam casu prætriens rusticus, sublatam in carrum, Monachium vehit, & pro templi nostri foribus deponit. Ingressa tunc quidem sat habuit se sancto sistere, & aliquid olei quod ei ardebat in lampade petere, quo mortuum pedem inungeret. Die postero reuersa, ritèque confessâ, rei sacrâ adest, sub cuius exitum, probare placuit, num suus pedi usus rediisset; duarum igitur quæ simul aderant manibus in pedes erecta, usque adeò valuit, ut omisso subalari fulcro ad sacram Eucharistiam processerit sola, suumque se bellè ac integrè sana, in pagum retulerit.

Regebat Panormi Collegium anno 1574. Paulus Achilles magnis vir dotibus, & sanctimonia; iisque tum per se eximie, tum per suos, conuersioni animarum magnis progressibus incumbebat. Hæc damna rei suæ inferri, pati non potuit Dei animarumque hostis, vindictam adornauit qua nulla poterat detestabilior. Sagas quatuor meretrices instigat, ut se concordi nequitia, suo quæque ab dæmone intra Collegium impotandas carent, omnésque flagitiorum artes expediant ad labefactandum alicuius pudorem. Nocte igitur quadam in Collegij aream simul inferuntur; inde insuminos gradus quâ porticum aditus ad cubicula inducit. Illic occultâ vi defiguntur, repellente magno impetu infames furias, quoties progredi conarentur; exstimulabant illæ pegasos suos amenti rabie, videbanturque illi ad perfringenda obsecula conniti; verum, ut olim prophetam bellum, sua docuit asina; sic scelerosas veneficas, vectores sui capri docuerunt, majori se potentia retro agi, quam nec vngue transuerso valerent transilire, si vel una quæque sexcentis dæmonibus potentissimis insideret. Ita derisi spretique paredri suas in prostibula amicas reportarunt. Sed eorum unam ut forma, sic turpidine & impudentia coeteris præcellentem, indignatio incessit tentati fructu apud nos facinoris, cui nullum alibi impedimentum eiusmodi obstisset: integratura nefarium crimen, sacrilegii apud nostros confessionibus, molitur cum iis falsa pietate, amicitias in scelus faciles, ut cum denuo in Collegium referretur, clandestinum illic receptorem in promptu offenderet. Verum ne hac quidem via quicquam egit: Quonobrem eandem iterum aleam quatuor furie repetunt, reuehundante in Collegium ab suis dæmonibus intempesta nocte, penetraturæ se in cubicula si possent. Vix intra septa peruererant, cum S. Ignatij occursu veluti fulgoris, luce terribili splendentis, impurissimum choragium dissipatur, nec voce opus, nec manu fuit ad indicendam fugam dæmonibus: primo Ignatij aspectu exire præcipitant, & suas secum asportant veneficas. Harum postea una ad frugem reducta, rem, ut à me narrata est refe- XXXVI.

rebat, confirmabatque distincta minutum eorum recensione quæ in Collegij atrio, & scalis viderat.

Admissus est Hispali adiutor laicus in Societatem, ut vero solet bonum absens quæri ardenter, quam partum seruari, sensim intepuit prima illa in Deū pietas, ut necesse fuerit iuuenem ultra legitimū biennium probare, prius-

XXXV.

Sage & qua-  
tuor cum suis  
dæmonibus ex-  
Panormitano  
Collegio S.  
Ignatij aspe-  
ctu fugan-  
tur.

Lethale vul-  
nus adiutoris  
egressi ex So-  
cietaate re-  
pente sana-  
tur.

GGg 3 quam

quam votorum nuncupatione adscriberetur in Ordinem ; qua ille offensus medicina , tanquam iniuria , retrosum abiit , significatione minimè obscura , religionis solo , quam leuiter hæsisset. Siue autem familiarium oculos non ferens , seu lucri fame , Indiam petere decreuit ; & iam cum Nauarcho transfeget , exspectabatque proximè consensurus , cum ecce à tergo transfuerberatur pugione ; manu , tantum abest inimica , sed eius quem nunquam nouerat : cultus enim , & habitus similitudine errauit in homicida , capitalem falso hunc esse arbitratus , quem repositum animo gerebat inimicum. Adebat extemplo confessarius cum chirurgo , plus ille necessitatis inuenturas , quam hic spei:confessionis , & viatici sacris mysteriis procuratur ; tum ad medicationem venitur vulneris , cuius vbi locum , & altitudinem explorauit chirurgus , facile intellexit nihil sibi quod illuc ageret restare ; ne tamen nihil egisse videretur , vt postmodum fas-sus est , albumen plagæ illitum adstrinxit , & Sacerdotibus animandum ad mortem Christianæ obeundam reliquit. Inter hæc infelix nimis gnarus ferrum longè alia vibratum manu , ab ea quæ vulnus fecerat ; totus erat in culpanda sua , lugendaque volubilitate , cuius præter acerbissimum dolorem , & poenitidinem nullum caperet fructum , iam iam moritus. Se quidem si vitam , diuinæ bonitatis miraculo retineret , iurabat illam Deo & Societati in perpetuum redditurum. Ad hæc S. Ignatium quamuis serius agnitus , patrem nihilominus appellans , mira polliceri seruitutis æternæ obsequia ; redditum se domum mercenarij , ac mancipij titulo , non filij iure ; indignum se tam dulci nomine ; flens , dolens , supplicans , noctem illam traduxit quæ illi suprema credebatur. Dedit sanctus precan-ti aures proprias , flexusque misericordia , non vitam modo seruauit morienti , sed repentinam contulit sanitatem , mane de illa mortifera , alté-que dorso infossa plaga nihil comparuit præter inductam cicatricem , testem vulneris perfanati. Hac dupli animæ , & corporis valetudine dona-tus , ex promissi fide , Societatem diuturnis tum precibus , tum sui exper-imentis repetitam , tandem obtinuit.

## XXXVII.

Dolore capi-tis. & oculis liberatus.

Bartholomæum Contestium Majoricæ chirurgum discruciantis capitis dolores tam feri , & crudeles , vt amentis instar voluntaretur humi , & rabie percitus videretur : alterum deinde oculum inflammatio vrebatur tam intolerabili tormento , vt ( quod postea iuratus asseruit ) chirurgi sodalis peritissimi operiretur in urbem redditum , ad eum radicitus eruendum ; te-nebris interim conclavis inter defectiones animi se clausum tenebat , lucem quamlibet tenuem deuitans , quod sanum etiam oculum ex affecti consen-su vexaret. Illic nescio quis officiosus consolator , mœrentem inuisens . spem facit leuaminis de cœlo , narrat quantis S. Ignatij gloria clareret mi-raulis , nominatim vero applicitum subscriptionis chirographum , quæm præsens esset morborum medicina. Mittit absque mora qui enixè rogent ut ad se deferatur ; curritur , defertur , & tam præsens secum ac subitum re-medium inuochit , vt eo vix in cubiculum illato , omnis planè oculi , & ca-pitis